

aliquam personam incidentem ligna in locis predictis prohi-  
 [bi]tis, que persona fugeret ante ipsos, et asinum vel asinam  
 equum // vel equam mullum vel mullam currum cum bobus vel 108 A  
 sine bobus vel barcham aliquam ipsorum fugientium invenirent,  
 5 quod statim ad presentiam domini conducere debeant talia  
 animalia currus vel barcha[m], et ipsa procurator comunis  
 vendere debeat seu vendi facere usque ad solutionem condemp-  
 nationis ad quam contrafatiens incurrisset; et acussis sive  
 denuntiationibus ipsorum de omnibus supradictis adhibeatur  
 10 plena fides cum sacramento, et habeant partem suam omnium  
 condempnationum factarum occasione suarum acusationum, ut  
 supra dictum est. ¶ Item si invenerint salinarios <sup>1)</sup> molendi-  
 narios vel cerdones sive aliquem de familia ipsorum de nocte  
 extra domos salinarum molendinorum, vel extra domos cerdo-  
 15 num de Çudecha extra civitatem Tergesti positas, vel conburere  
 vites virides vel sichas in domibus predictis contra formam  
 statutorum Tergesti, etiam acusare debeant contrafatientes per  
 modum supradictum. ¶ Item quod quodlibet regimen iudicum  
 vel rectorum civitatis Tergesti in intro[i]tu eorum offitii sa-  
 20 cramento eligere debeant duos bonos homines pro qualibet  
 contrata sive quarterio <sup>2)</sup> civitatis Tergesti, qui homines sic  
 electi subsequenter eligere debeant vigintiquinque homines pro  
 qualibet contrata, quibus hominibus sic electis dari debeat sa-  
 cramentum, et ipsi debeant et valeant acusare quascunque per-  
 25 sonas, quas invenerint inferentes dampnum alicui in vineis  
 ortis campis // pratis nemoribus farnetis vel silvis, ea die vel 108 B  
 sequenti, per modum et formam ut supradicti custodes tenentur  
 acusare sive denuntiare, et eorum acusis adhibeatur plena  
 fides, et habeant tertiam partem omnium condempnationum  
 30 factarum occasione suarum acusationum. ¶ Et si ipsi homines  
 sic electi darent aliquod dampnum in eisdem spacificatis vel  
 aliquo ipsorum, solvant penam vel penas contentas in statutis  
 Tergesti incontinenti sine proclamatione excusarum. Et etiam  
 acusare possint salinarios cerdones et molendinarios, prout

<sup>1)</sup> *salinarii molendinarii*. Stat. 1365: *salinarios molendinarios*.

<sup>2)</sup> *quarterius*, corretto poi in *quarteriis*. Stat. 1365: *quaterno*.